

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XLV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

untatq; caelestia. Noli orare pro pecunia,
quia arugo est, noli pro auro, quia metallum
est: noli pro possessione, quia terra est. Non
audit DEUS nisi quod dignum suis ducit esse
beneficiis, *Ambros. serm. 19. in Ps. 118. T. 4. p. 559. A*

Qui in aeternum manere volumus DEI,
qui aeternus est voluntatem facere debemus, *Cy-
rianus in serm. de Orat. Domini.*

Wie ist die Welt so blind/ daß sie allein bes
gehret

Was plötzlich fährt dahin/ und wenig
Stunden wäre;

Ich suche nur allein das grosse Him-
mels-Guth

Das bleibet ewiglich/ und machet
rechten Muth.

Ex versu 25.

Non meritis nostris caelestia regna parantur,
Namq; à caelesti patre parata piis.

ORACULUM SACRUM XLV.

2. Tim. I. 9.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ θεὸς ἕσωσεν ἡμᾶς καὶ ἐκάλεσεν κληθεῖς ἁγία
ββ 2

ὁ γὰρ τὸ ἔργον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἰδίαν χάριν
καὶ χάριτον δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ
καὶ ἁγίων αἰώνιον.

Versio vulgata.

DEUs nos liberavit & vocavit vocatione sancta, non secundum operationem nostram, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora æterna.

Versio B. LUTHERI.

Gott hat uns selig gemacht und beruffen mit einem heiligen Ruff/ nicht nach unsern Wercken/ sondern nach seinen Vorsatz und Gnade/ die uns gegeben ist in Christo Jesu vor der Zeit der Welt.

N O T Æ.

I. Per τὸ σῶζεν h. l. non intelligitur salus corporalis & temporalis, sed spiritualis & æterna. Vide, si placet, quæ de verbo σῶζεν notavi part. 1. in enucleatione oraculi Match. 1. not. 3.

II. Quoniam vocabulum *χάρις* in scriptura

tura saepius notet dona, quae ex gratia, favore & benevolentia consequuntur, tamen h. l. per *χαρις* non intelligi infusum gratiae habitum, sed gratuitam DEI misericordiam inde patet, quia Apostolus disertè adserit hanc gratiam esse nobis datam *ως χάρις δωρεάν*, quod de infuso gratiae habitu dici nequit. Hinc ita colligimus:

B. gratia salvamur, quae data est nobis *ως χάρις δωρεάν* ante tempora secularia i. e. ab aeterno.

Sed renovatio sive qualitates nobis inhaerentes non sunt gratia illa data nobis in Christo *ως χάρις δωρεάν* ante tempora, secularia i. e. ab aeterno. Nullae enim qualitates ab aeterno extiterunt.

E. renovatione sive qualitatibus nobis inhaerentibus non salvamur, quod argumentum notandum.

1. Contra PONTIFICIOS quibus gratuita justificatio est infuso habitus iusti sine labore plane condigno. Vid. Bellarm. l. 2. de Justific. cap. 7. p. 135. Greg. de Valent. T. 2. Disp. 8. Coster. in Enchir. p. 231. Cateches. Rom. cap. de Baptismo.

A quibus tamen hac in parte abest Estius hunc locum ita enucleans: *Apostolus h. l. gratiam non intelligit creatam, quae in nobis est, hac enim*

B b 3

esse

effectus est predestinationis, sed gratiam INCRE-
 TAM, i. e. gratuitam DEi beneficentiam, quam
 mox dicit manifestatam per adventum Christi,
 quamq; Tit. III, 5. misericordiam vocat. Igitur
 hoc nomen gratia proposito addit rationem gra-
 tuiti q. d. Apostolus: secundum propositum suum,
 qvò gratis & præter omne meritum nostrum con-
 stituit nos salvos facere. Hactenus Estius
 contra Socinianos, qui per *την χάριν* infusam
 gratia habitum intelligunt.

2. Contra REMONSTRANTES causam ele-
 ctionis in obedientia hominis collocantes. Sic
 enim Simon Episcopus part. III. disput. VII.
 th. 8. scribit: Scriptura passim asserunt DEum
 salutem decrevisse hominibus sub conditione obe-
 dientia & fidei, vel legi vel Evangelio præfata.
 Et Apol. Confess. f. 74. Nunquam scriptura
 adserit quemquam DEo placuisse ad vitam æter-
 nam perducere nisi per fidem & quæ fidei conjun-
 cta sunt opera. Sed hunc errorem alibi no-
 tavi. Nolo igitur heic actum agere.

III. *πρόβωσις* juxta quam facta est electio seu
 predestinatio Ephes. I, 11. non est ipsa predesti-
 natio, sicut etiam *πρόβωσις* juxta quam facta
 est electio Rom. VIII, 29. 1. Pet. I, 2. non est ipsa
 predestinatio contra Estium, qui super hunc lo-
 cum, ita scribit: Propositum Apostolus intelligit
 præ-

ad gloriam & eternam DEi voluntatem seu decre-
ditum, quam alibi predestinationem vocavit.

IV. Intelligit autem Apostolus per illam,
περὸ θεοῦ propositum, quò DEus ab æterno de-
rexit credentes in Christum salvos facere.
Hæc enim est DEi πρόθεσις, ut omnis qui cre-
dit in filium habeat vitam æternam Joh. III. 16.

Quod notandum

1. Contra absoluti decreti architectos à quibo
tamen hæc in parte rectè discedit Tosfanus,
dum gratiam illam in Christo nobis ante
tempora secularia datam sic exponit: Chri-
stum in æterno illo decreto Mediatorem nostrum
constitutum ac fideles in illo esse electos.

2. Contra Socinianos existimantes extra Chri-
stum ejusq; mortem nos salvari potuisse, ideòq;
absolutè necessariam non esse mortem Christi ad
nostram justificationem, sed ex hypotbesi, quan-
doquidem, difficilè nobis persuaderi potuisset
justificatio sine intervencu mortis Christi. Vide
Smalc. lib. de Satisfact. c. X. p. 280. & Refut. nov.
Monstr. cap. XXX. p. 291.

3. contra Bellarminum, qui lib. 2. de grat. c. 12.,
colligit: Electio est causa quare his detur fi-
des alius non Joh. VI, 44. & c. X, 26. Matth. XI, 25.
Act. XIII, 48. & XVI, 14. E. non potest electio
pendere à fide. Vide etiam loc. cit. c. 9. & seq.

Bb 4

IV. xes

IV. *Ἐξέως αἰώνος* h. l. vocat Apostolus temporum ac seculorum seriem jam inde ab orbe condito. Quia verò quicquid hanc temporum ac seculorum seriem antecedit, æternum est, ideo, per phrasin *ἔξω χρόνον αἰώνων* æternitatem Apostolus denotat, contra Socinianos negantes DEum ab æterno quosdam certos homines nominatim ad salutem æternam elegisse. Vid. Socinus in præf. Theol. c. XIII. p. 708. Schlichting. contra Meissn. Quæst. duabus p. 37.

Socinianorum vitulâ arant REMONSTRANTES. Sic enim Apolog. cap. XIX. ago disserit: *Patet falsum esse quod electio facta sit ab æterno. Unus tantum in scriptura locus est qui id affirmare videtur, unde COMMUNIS error iste natus est, locus videlicet ad Ephes. 1. 4. Et f. 5. q. Concludimus ergo, falsum esse (quatenus hætenus id pleriq; tenuerunt) Electionem in scripturis usquam ab æterno factam dici, aut eam (nisi cum pro decreto sumitur) in scripturis proponi ut actionem DEI internam sive immanentem, quæ in DEo ab æterno fuerit, & contra verissimum esse, quòd electio in scripturis proponatur ut actio DEI externa sive extrinsecus. & quæ in tempore capta est, contra, quam hætenus ferè creditum est.*

Nec

Profecto electi sunt per electionem ut dictum est, GRATIÆ, non præcedentium meritorum *Idem de corr. & grat. c. VII.*

Nihil invenit in nobis DEUS. Nihil invenit unde nos salvet, & multum invenit unde nos, damnet, *Idem serm. 15. de Verb. Apost. T. 10.*

Non ait Paulus elegit nos cum essemus sancti & immaculati, hoc est, qui sancti & immaculati ante non fuimus, ut postea essemus. Non enim eliguntur Paulus & qui ei similes sunt, quia erant sancti & immaculati, sed eliguntur & prædestinantur, ut in consequenti vita per opera atq; virtutes sancti & immaculati fiant, *Hieronymus in comment. sup. Ephes. 1.*

Gratias agamus DEO, quoniam ex eorum numero, qui salvifunt, censetur, & quoniam, quum ex operibus salvari non potuerimus ex Dei munere salvati sumus, *Chrysost. hom. 15. ad pop. Antioch. T. 4. p. 470.*

IN DIE B. BARTHOLOMÆI
APOSTOLI.

Ich kan vor dir/ O GÖTte/ durch Werke
nicht bestehen/
Noch in das Himmelreich durch mein Verdienst
eingehe;

Herr

Herz Jesu/ du hast mir solch Him-
melreich bereit/
Durch ungezehlte Noth/ durch To-
deslampff und Streit.

Ex Ev. Luc. XXII, 24. 25. 26.

*Quid de primatu concertas impie Papa?
Rex regat ense forum, dogmate Mysta-
choram!*

ORACULUM SACRUM XLVI.

2. Tim. II, 4.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Οὐδεὶς στρατεύμενος ἐμπλέκει ταῖς τῶ
βίᾳ πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολόγησιν ἐ-
ρέσῃ.

Versio Vulgata.

Nemo militans DEo implicat se ne-
gotiis secularibus (victus) ut ei placeat,
qui se probavit (in militiam delegit)

Versio B. LUTHERI.

Kein Kriegermann sichtet sich in
Händel der Nahrung/ auff daß er ge-
falle/ dem/ der ihn angenommen.

NOTÆ.